



## **Forum Beneficiale, Sive Quæstiones & Responsa Canonica**

Materiam De Beneficiis Universam Ex Beneficialistarum tam antiquorum, quàm recentiorum placitis complectentia. Opus methodo novâ, & clarâ in tres digestum Partes ... accuratè, ac copiosè instructae

De Provisione Et Obtentione Beneficiorvm

**Leuren, Peter**

**Coloniæ Agrippinæ, 1704**

Capvt Præambvlvm De modis providendi, & acquirendi beneficia in genere.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74485](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74485)



# FORI BENEFICIALIS

## PARS ALTERA.

De provisione & acquisitione beneficiorum.

### CAPUT PRÆAMBULUM.

#### DE MODIS PROVIDENDI ET ACQVIRENDI BENEFICIA IN GENERE.

*Quaestio 1. Quotupliciter acquirantur beneficia ?*



Espondeo : dupliciter , nimirum actu , & in potentia , quod idem est , ac acquirere jus in beneficio , & acquirere jus ad beneficium , Castrop. *tr. 13. de benef. d. 2. p. 1. n. 1.* Porro jus in beneficio differt à jure ad beneficium ; quòd vi juris in beneficio beneficiatus obtineat potestatem administrandi illud , illudque sit proprium illius , etiam ante captam beneficii possessionem , quorum nihil tribuitur vi juris ad beneficium . Castrop. *ibidem. n. 18.* citans Vasq. *in opus. de benef. c. 4. s. 4. dub. 1.* Covar. *var. resol. l. 3. c. 16. n. 3.*

*Quaestio 2. Quibus modis acquiratur beneficium actu, seu jus in beneficio ?*

**R** Espondeo : tribus ; Electionis confirmatione (quo refertur postulationis admissio) institutione , collatione . Castrop. *loc. cit. n. 2.* Azor. *institur. mor. p. 2. l. 6. c. 22.*

*Quaestio 3. Quibus modis acquiratur beneficium potentia, seu jus ad beneficium ?*

**R** Espondeo sequentibus : primò electione , secundò præsentatione .

2. Tertio vigore gratiæ expectatiæ , quâ nimirum conceditur alicui , ut præbendam vacantem , quam maluerit , obtineat ; ita tamen ut hæc gratia jus ullum considerabile tribuat , debeat esse acceptata , cum ante acceptationem sit revocabilis à concedente . Castrop. *loc. cit. n. 9.* citans Garc. *de benef. p. 4. c. 3. n. 14.* Gonz. *gl. 26. n. 20.* Mandos. *reg. 3. q. 14. num. 3.* quamvis hoc jus ex acceptatione expectantis non sit ita considerabile , ut de eo fieri debeat mentio in impetratione , seu reservatione facta à Papa de tali beneficio , aut præferretur per clausulam in literis de beneficiis vacantibus apponi solitam vel subintellectam : *modò non sit in eo alicui jus questum* (sicut aliàs per eam , præ-  
P. Lewren. *Fori Benef. Tom. II,*

servatur jus , etiam ad rem , quæsitum alio modo , puta , per electionem , præsentationem .) Garc. *loc. cit. n. 18. & seq.* & ex eo Castrop. *loc. cit.* cum enim expectatiæ concessa non sit pro aliquo determinato beneficio , non videtur magnopere isti gratiæ derogari per dictam reservationem vel impetrationem , dum expectanti saluum manet jus utendi , datâ sibi expectatiâ in aliis beneficiis . Castrop. *ibid.*

3. Quarto , vigore gratiæ expectatiæ concessæ recepto in Canonicum , seu vi mandati de providendo tali de prima præbenda vacatura ; quia vi hujus juris cogere potest , ut sibi vacans præbenda conferatur . Castrop. *loc. cit. n. 10.* Garc. *loc. cit. n. 16.* juxta *c. si postquam. de præb. in 6.* Verum modò per Trid. *sess. 24. c. 19.* omnes istæ expectatiæ & mandata de providendo beneficio vacaturo sunt sublata . Unde eligi nequit Canonicus supernumerarius cum expectatiâ ad præbendam proximè vacaturam , nisi fortè in ea Ecclesia , ubi immemorialis talis consuetudo vigeret , Castrop. *n. 11.* Gonz. *ad reg. 8. s. 1. proæn. n. 64.* Garc. *p. 6. c. 1. num. 5.*

4. Quintò , collatione nondum acceptatâ . *c. si tibi absenti. de præb. in 6.* quia factâ collatione , conferens retrocedere non potest , sed debet consensum collatarii expectare intra terminum datum ad consentiendum , secus ac in aliis donationibus , in quibus ante acceptationem donatarii datur illi jus poenitentiae : quia in beneficiis conferens disponit ex officio & obligatione , in rebus autem aliis ex voluntate . Castrop. *n. 12.* citans Gonz. *gl. 26. num. 4.* Vasq. *loc. cit.*

5. Sextò , reservatione beneficii in favorem alicujus acceptantis hanc reservationem ; quia per talem reservationem adjudicatur ei beneficium . Castrop. *loc. cit. n. 12.* Garc. *p. 4. c. 3. n. 43.*

6. Septimò , consuetudine seu privilegio optandi præbendam pinguiorem vacantem . Castrop. *num. 13.* Garc. *num. 45.* non tamen requiritur , ut prius præbenda vacet , aut sit acceptata , quam sit debita , cum illa facultas optandi pinguiorem præbendam sit veluti quoddam mandatum de providendo , concessum , v.g. antiquiori de aliqua determinata

minata præbenda; vel quasi quædam gratia expectativa admiffa pro præbenda primò vacatura, quæ vacationem præbendæ non requirunt, sed folùm acceptationem mandati, vel gratiæ expectatiuæ. Unde etfi ab alio impetretur, vel à Papa referuetur, derogatur utique juri, quo vi illius confuetudinis & privilegii præbenda primò vacatura debita erat Canonico antiquiori. Caftrop. n. 13. contra Garc. loc. cit.

7. Octavò : penfione non folutâ penfionario; cum ob hanc caufam Papa folet concedere regressum & accessum ad beneficium gravatum penfione. Caftrop. num. 14. citans Parif. de regif. l. 6. q. 3. n. 15. opus autem est ad hoc jus acquirendum penfionario, ut is declaret, fe velle uti illo, & infuper ut pronuntietur fententia, faltem declaratoria, contumaciæ non folventis penfionem, quæ non profertur, nifi magna fuerit illius protervia. Caftrop. l. cit. d. 1. p. ult. §. 6. latâ autem hâc fententiâ non tantum jus ad beneficium, sed etiam jus in eo conferri penfionario cenfet Garc. loc. cit. n. 49. contrarium probabilius Caftrop. egere nimirum infuper penfionarium judicis executoris collatione, cum factâ dictâ fententiâ declaratoriâ, penfionarius adhuc nequeat propriâ auctoritate fumere poffeffionem beneficii, sed auctoritate judicis executoris accedere debeat, utpote cui & executio privationis beneficii & regressus & accessus beneficii conceditur.

8. Nonò : Coadjutoriâ cum futura fucceffione; quia est quasi mandatum de providendo ad determinatum beneficium, Caftrop. n. 16. Garc. n. 58.

9. His addit duos alios modos Garc. l. cit. n. 54. & 68. nimirum concessionem beneficii in eventu privationis; verum improprium esse hoc jus, utpote concessum sub conditione, non necessariò eventura (secus ac dum conceditur sub eventu vacationis, quæ est conditio necessariò eventura, quam concessionem folus Papa facere potest, juxta c. nulli. & c. relatum. de concess. præb. cenfet Caftrop. nu. 15. Alteri oppositionem, ftante confuetudine seu constitutione opponendi, quod ut verum fit, ait *ibidem* Caftrop. debet oppositor verificare, qualitates ad beneficium requifitas sibi foli competere. Adjiaciuntur quoque ab aliis passim duo alii modi acquirendi jus ad beneficium, nimirum resignatio in favorem & permutatio; verum quia hi supponunt prius beneficium amitti, de his infra. De ceteris modis explicatis in præfente.

*Quæst. 4. Quid fit electio & confirmatio?*

**R**efpondeo: utriusque definitionem daudam, & declarandam *scilicet*, seq. c. 2. & 3. ubi de electione & confirmatione.

*Quæstio 5. Quid fit præsentatio, & qualiter hoc nomen sæpe confundatur cum aliis modis acquirendi beneficium?*

1. **R**efpondeo ad primum: est exhibitio personæ per Patronum Epifcopo, vel alteri, ad quem institutio pertinet, legitimè factâ, intellige, in ordine ad instituendam illam in beneficio. Garc. p. 4. c. 1. n. 15. Less. de just. c. 34. n. 12. Roch. de jurep. in principio q. 3. & c. ex Abb. in c. cognoscitur de his, que sunt à prælat. Differt autem ab electione, quòd ea fiat à pluribus, ut à Capitulo, & à folis Ecclesiasticis, & per suffragia, & potiffimum in prælaturis locum habeat; Præsentatio autem ab una etiam persona, etfi laica, & in quovis beneficii genere. Less. loc. cit. num. 15. vide plura de hoc in de-

initione electionis, & apud Laym. ad rit. de elect. num. 8.

2. Respondeo ad secundum: pro præsentatione Clerici ad beneficium nomen electionis quandoque usurpatur, ut in c. querelam. de elect. & c. nosce 12. & seq. d. 63. quibus in locis jus eligendi, id est, nominandi, postulandi aut præsentandi, tribuitur populo. Laym. l. cit. n. 1.

*Quæstio 6. Quid fit institutio (quod est correlativum præsentationis non secus ac confirmatio electionis. Lott. l. 2. q. 1. n. 23.) & qualiter confundatur sæpe cum aliis modis providendi de beneficiis?*

1. **R**efpondeo ad primum: est canonica ordinatio facta per Epifcopum, vel alium, ad quem spectat, in beneficio vacante de Clerico per patronum legitimè præsentato. Argumento c. decernimus. 16. q. 7. Lott. l. 2. q. 13. n. 18. vel, ut communis alii; est concessio beneficii factâ legitimâ auctoritate Epifcopi, vel alterius, Clerico à patrono præsentato. Filluc. rr. 41. c. 3. n. 9. ex Azor. p. 2. l. 6. c. 22. q. 1. Differt à collatione propriè tali, quòd supponat præsentationem, fitq; concessio obligatoria (obligatur enim Prælatus conferre beneficiû ei, qui à patrono est præsentatus. Abb. in c. auctoritate. de institut. nu. 7. Barb. de potest. Episc. alleg. 72. n. 1.) collatio autem propriè talis fit voluntaria beneficii concessio, seu quæ fit superioris arbitratu sine ulla electione, postulatione, aut præsentatione. Caftrop. l. cit. n. 2. Azor. l. cit. differt à confirmatione, quòd fit collatio vel provisio illius, qui præsentatus est à patrono. Confirmatio fit illius, qui electus est. Less. l. cit. n. 13. Item quòd nominationem factam ab Ecclesiastico non requirat; cum præsentatio sæpe fiat à laicis; confirmatio autem est de persona à communitate Ecclesiastica nominata. Caftrop. l. cit. Aliud quoq; est admittere, aliud instituere, quamvis id diversimodè explicent Auctores. Juxta Jo. Monach. & Jo. Andr. admittere est recipere seu approbare, & in titulum tradere; instituere autem est mittere in corporalem beneficii poffeffionem, & hoc sensu videri loqui Trid. *sess.* 7. c. 13. ait Pirh. ad rit. de institut. n. 5. juxta Anchoran. admittere est ad examen recipere, instituere est approbare, seu jus & titulum tribuere. Pirh. *ibid.*

2. Resp. ad secundum: quamvis igitur vox institutio, si referatur ad præsentationem, nomen proprium retineat. Lott. l. 2. q. 1. n. 12. quin & vulgaris etiam intellectus hujus vocis eam referat ad institutionem necessariam. Lott. *ibid.* n. 14. ex Aegid. decis. 94. n. 2. Unde n. 13. ait institutionem nunquam dici collationem præterquam certo modo ex Gamb. de off. leg. l. 3. n. 5. De cetero tamen vox est significationis diversæ. Ac primò quidem nomen est generis, aptum comprehendere collationem, electionem, institutionem (intellige propriè talem) & quamcunque aliam dispositionem beneficalem (quamvis alias, ut ait Lott. *ibid.* num. 22. instituere & providere videantur modi incompatibiles) Lott. *ibidem* num. 11. citans Verallum p. 1. decis. 297. num. 2. Germon. de indultis Card. §. ac beneficia. num. 34. & c. Secundò sæpe dicitur de confirmatione, confirmatiòque & institutio dicuntur promiscuè, & unum pro altero ponitur. Lott. *ibidem* num. 16. juxta Gloss. in c. hoc tantum 18. q. 2. v. instituere. Tertio termini quoque collatio & institutio sæpe confunduntur, & instituere quandoque ad liberam collationem refertur.

Lott.

## De modis providendi beneficia in genere.

Lott. n. 15. citans Gamb. de off. leg. l. 3. n. 127. item Lott. l. 2. q. 45. n. 80. citans Abb. in c. auctoritate. de institutionibus. n. 8. Menoch. conf. 19. n. 7. Quartò sumitur pro traditione possessionis, ut contingit ferè in tit. de institutione Lott. cit. n. 80. Institutio sumitur etiam pro titulo, dum dicitur, beneficium non posse teneri sine canonica institutione, hoc est sine titulo, Lott. l. 3. q. 2. n. 6. Nihilominus tamen promiscuam illam istarum vocum *instituire, conferre, confirmare, &c.* usurpationem in foro beneficiario non licere sine imprudentia nota, inquit Lott. cit. q. 1. n. 17. Unde rectè monet *ibid.* n. 18. & 19. quòd, cum cuique voci, quamvis æquivoca, certa in sit interpretatio, aut ex verisimili mente disponentis, aut subjectæ rei natura, ubicunque oritur huiusmodi æquivocatio, debeat ea explicari & declarari per discretionem; ut, si fundator mandavit Capellam à se erectam conferri per hæredes suos, minimè in hoc casu hærendum proprietati huius vocis *conferre*, utpote quâ illius dispositio tanquam impossibilis subvertatur, sed ex natura subjectæ materiæ stectendam hanc vocem, quâ usus est fundator, ad jus præsentandi. Lott. cit. q. 1. n. 20. ex Barbat. l. 2. conf. 33. n. 17.

### Quæstio 7. Quotplex sit institutio?

1. **R**espondeo: duplex. Alia collatoria tituli, alia auctorizabilis. Lott. l. 2. q. 12. n. 6. & 11. & l. 1. q. 33. n. 99. Institutio collatoria tituli pro subjecto habet ipsum beneficium, ut optimè declarat Felin. in c. per tuas. de majoritate & obed. n. 4. & non necessariò manat ab Episcopo.

2. Auctorizabilis pro subjecto habet curam animarum, cui adhæret iurisdictio fori pœnitentialis; & hæc necessariò manat ab Episcopo, tanquam ab universali suæ diœcesis parochio; adeoque talis est hæc institutio auctorizabilis, ut absque ea impossibile sit exercere curam. Lott. l. 1. q. 25. n. 13. citans Socinum in c. cum & plantare. de privileg. n. 8. declarantur hæc, v. g. dum monasterium aliquod præsentat Episcopo eum (sive is sæcularis, sive regularis sit) qui curam animarum gerat in Ecclesia aliqua parochiali, vel etiam, qui vice monasterii curam gerat, & propterea dicitur Vicarius, duæ concurrunt diversæ, & ad diversâ institutiones; videlicet collatoria tituli, cujus subjectum, ut dictum, est ipsum beneficium, & hæc manat non ab Episcopo, sed à superiore regulari, intellige, dum præcisè monasterium non habet tantum præsentare strictè tale, sed conferre.

3. Altera auctorizabilis, cujus subjectum est simplex cura, & hæc procedit non à superiore regulari, sed ab Episcopo tantum, in quo radicatur ipsa cura. Lott. cit. q. 33. nu. 99. citans Gl. Franc. Gemin. in c. unicum. de Capellis monach. in quo casu etiam juxta dicta aliàs alteratur circa talem Vicarium, si is regularis est, seu aliàs merè obedientiaris, vis obedientiæ propter interventum Episcopi, operante hanc obedientiæ alterationem auctoritate Episcopi & prærogativa cura populi, Lott. *ibid.* n. 98. citans plures. Et hæc vel maximè, dum monasterium exemptum est exemptione simplice, siue exempto populo & parochio; etsi autem, dum monasterium exemptum exemptione plenâ, hoc est una cum populo & parochio, pertineatque Ecclesia parochialis pleno jure ad monasterium, juxta jus commune nullas sibi partes vindicare possit Episcopus, ut Lott. cit. q. 25. n. 14. adeoque non videatur Episcopo permisa institutio hæc auctorizabilis, quæ locum non habet in ejusmodi exem-

P. Leuren. Fori Benef. Tom. II.

ptis. Lott. cit. q. 33. n. 100. citans Seraph. decis. 1304. n. 3. nihilominus id referendum est ad actum personæ ipsius Episcopi; quia in effectu institutio illa auctorizabilis implicita est provisioni Abbatis ipsius monasterii, utpote qui censetur jure proprio instituire Vicarium institutione collativa, & Vice-Episcopi illum instituire institutione auctorizabili. Lott. *ibid.* n. 101. citans Anchar. & Jo. Andr. in c. de monachis. de præbend. profequitur hæc ipsa Lott. l. 2. q. 12. n. 6. ubi: quòd, quamvis Episcopus de jure communi fundet intentionem super utraque ista institutione, possit tamen ex concessione ipsius Episcopi vel Papæ, non tantum institutio collativa tituli, sed & illa auctorizabilis monasterio alicui acquiri, ut dum Episcopus concedit monasterio in ejus usum, ad sublevandam v. g. ejus paupertatem, Ecclesiam cum populo pleno jure respecta temporalium & spiritualium, utraque institutio, collativa & auctorizabilis, est penes monasterium, non quidem jure proprio, quali ab Episcopo avulsa, & in monasterium translata (quali modo Episcopum abdicare à se curam & institutionem auctorizabilem est impossibile) sed jure Episcopi ac ipsius vice, adeo ut monasterium in hoc dicatur Vicarius Episcopi. Lott. *ibid.* n. 13. ex Jo. Andr. in c. de monach. de præb. n. 10. & Anchar. *ibid.* n. 7.

### Quæstio 8. Quid sit collatio propriè talis, & qualiter hoc nomen competat quoq; aliis modis providendi de beneficiis.

1. **R**espondeo ad primum: est donatio, seu concessio beneficii vacantis ab habente potestatem liberaliter facta. Castrop. cit. p. 1. n. 2. Azor. p. 2. l. 6. c. 25. ad initium, juxta c. proposuit. & c. quia diversitatem. de concess. præb. sic itaque conferre accipitur hic pro largiri & donare; quæ enim donationis liberalitate in alium transferimus, propriè etiam conferre dicimus, l. si filia tua. c. de donat. ante nupt. & quod ita translatum est, collatum nuncupamus. l. de rebus, c. eod. tit. Lott. l. 2. q. 1. n. 2. siue autem fiat motu proprio, siue ad petitionem impetrantis, non variat naturam collationis, hoc est, liberalis donationis. Castrop. *ibid.* juxta c. si motu proprio. & c. si tibi absentis. de præb. in 6. Et licet collator non possit beneficium pro se retinere, aut in alium usum pro suo arbitrio convertere, sed teneatur illud conferre cum omni integritate, Parisi de resignat. l. 8. q. 9. n. 32. Mascari. de prob. conf. 313. n. 5. &c. apud Lott. l. cit. n. 4. & vel hinc sit, cur donatio propriè cadat in collationem beneficiorum (donari enim videtur, quòd nullo jure cogente conceditur; Mantica. de tacitis & ambig. contract. l. 13. tit. 2. n. 5. & seq.) adeoque hæc beneficia Ecclesiastica impropriè donari dicantur; adhuc tamen proprietatem donationis in hac collatione defendi posse, si non respectu Ecclesiæ, saltem respectu personæ, in quâ confertur, ait Lott. *ibid.* n. 7. citans Selvam de benef. p. 2. q. 11. n. 9. & Prapoc. in c. 1. d. 23. n. 49. Neque ideo dicitur minus libera, quòd quandoq; jus conferendi simul ad plures pertineat; consideratur enim in ipsis collatoribus tanquàm jus individuum, ac propterea si per unum solum eorum fiat efficax omnino reputabitur, cum apud unumquemq; sit jus in solidum, & omnes reputentur unus, adeoq; uno eorum conferente, alii censentur consentire, nisi protestentur, & expressè contradicant. Lott. l. c. n. 29. & 30. ex Gonz. ad reg. de mens. gl. 45. in principio ex. n. 69. & § 3. n. 45. Unde jam patet, quæ sit differentia inter collationem propriè talem, & inter institutionem & confirmationem; quòd

A 2

nimi.

nimirum ea sit independens à voluntate aut nutu alterius. Unde & cum addito dicitur collatio necessaria. Lott. *ibid.* n. 8. & 9. & sic, qui est in quasi possessione instituendi, non potest effectum huius possessionis extendere ad jus conferendi. Lott. *ibid.* n. 10.

2. Respondeo ad secundum: confundi nihilominus quandoque nomen *collationis* cum institutione & confirmatione electionis, & importare quamcunque beneficii provisionem, ut videre est apud Lott. n. 11.

*Questio 9. Quid sit Investitura, seu investitio, & qualiter sumatur etiam pro aliis modis providendi de beneficiis?*

**R**espondeo: Investitura, quæ fieri solet per bireti, annuli, aut pannorum traditionem (de qua multum Dynus *in reg.* 1. in 6.) quid proprie fit, obscure satis, & non eodem modo ab omnibus explicatur, Barbof. *de jure Eccl.* l. 3. c. 13. n. 5. ait: investitura est institutionis, vel collationis confirmatio, & missio in possessionem, & in Principibus cõferentibus beneficia accipitur pro collatione ipsa & confirmatione; & in sæcularibus collatio feudi proprie dicitur investitura. Laym. *in c. nosti. de Elect. num.* 5. ex Jo. Andr. *in c. transmissam. de Elect.* n. 13. & Abb. *in c. auctoritate. de institutione.* n. 9. & *in c. ex literis. de consuetud.* n. 10. distinctius explicat, dum ait, investituram interdum fieri unã cum institutione, seu tituli traditione, quæ verbo fit, vel scripturã; & in hoc casu investitura continet & significat translationem juris ac tituli; unde dein nascitur facultas accipiendi possessionem rei, seu beneficii vacantis, aut eam petendi, ubi ab alio corporaliter introducendus est investitus; siquidem, ut Laym. *ibidem* specialis alicujus Ecclesiæ consuetudo aut statutum vigere potest, ut verbaliter institutus, provisus aut confirmatus, possessionem, quamvis vacantem, ipsemet capere non debeat, sed solemniter & corporaliter introduci in possessionem; adeo ut prius, quam ea solennitas (quæ vocari etiam solet installatio, & olim fieri solebat per Archidiaconum juxta *c. ad hac. de off. Archid.* & *c. cum Bertholdus. de sent. & rejudicat.*) peracta sit, possessio acquisita non censeatur, juxta Abb. *in c. cum super. de causa possess.* n. 17. In summa itaque investitura, quæ post confirmationem aut tituli collationem adhibetur, plerumque tantum significativa est juris jam antè accepti, nec non facultatis possessionem vacantem intrandi. Laym. *ibidem.* Idem ferè tradit Lott. l. 2. q. 1. n. 24. & seq. ubi, quod investitio sit quid commune tribus illis: collationi, institutioni, confirmationi, in eorum executione, in tantum, ut quicumque habens potestatem conferendi, instituendi, &c. per ipsam investituram seu traditionem possessionis censeatur conferre, instituere, confirmare. citat pro hoc Abb. *in c. auctoritate. n. 9.* Neque enim necesse est facere duos actus, cum illa investitio, licet sola & simplex inductio in possessionem facta ab eo, qui habet auctoritatẽ conferendi, investiendi, &c. involvat ipsi actũ collationis, institutionis &c. eò quod, ut Lamb. *de jurep.* l. 2. p. 3. q. 11. a. 1. n. 9. Selva *de benef.* p. 3. q. 10. n. 11. in collatione non exigatur certa verborum formula, possitque fieri per quemcunque actum, sive verbalem, sive realem, modò ex eo voluntas collatoris, institutoris &c. possit deprehendi, adeoq; idem actus investitionis servire possit pro collatione, institutione, &c. Investitu-

ra interdum verò fit post tituli collationem; seu institutionem, in quo casu solennitas ista investituræ plerumque (dicitur plerumque, quia potest interdum fieri, ut per investituram tradatur possessio rei, si nimirum vel ipse possessor antiquus, vel is, qui v. g. Ecclesiæ vacantis curam cum auctoritate habuit, in conspectu rei per dictam investituram, scilicet per traditionem bireti vel annuli transferat possessionem. Argumento *l. quod meo. ff. de acquir. possess.*) parum aut nihil operatur; quia titulus antè collatus est, & jus acquisitum; possessio autem ordinariè loquendo per investituram non transferatur; atque ita investituram, quæ post confirmationem aut tituli collationem adhibetur, plerumque tantum significativam esse juris accepti, nec non facultatis possessionem vacantem intrandi & acquirendi.

*Questio 10. Quid sit nominatio?*

1. **R**espondeo: nominatio in genere est electio idonea. Lott. l. 2. q. 15. n. 7. Verum variè hoc nomen usurpatur, ac nominatio ita genericè sumpta multifariam dividitur. Est enim nominatio triplicis generis, prout ex triplici fonte jus nominandi dimanat: nimirum vel ex ipso jure patronatus, ex jure eligendi, vel ex indulto pontificio. Lott. *ibid.* n. 9. 26. & 30.

2. Primi generis, procedens à jure nominandi perpetuò juripatronatus implicito, & præsentationi (cujus etiam nomine sæpè venit) similis, est actus ille, qui simplex nominatio dicitur, quo patronus ipse in absentia habentis instituere præsentat, seu aliquem determinat; non enim est hic actus pro tunc præsentatio, neque vim præsentationis sortitur, jusque illum interim acquiritur tali nominato, priusquam is se coram habente instituere præsentet cum instrumento præsentationis. Lott. *cit.* n. 9. Secundò: est actus ille procedens à jure nominandi adhuc magis formatò, quo, dum penes parochianos, v. g. vel universitatem aliquam aliam est ipse patronatus, unus vel plures ab ea, minus commodè potente convenire, deputati, nominant unam vel plures personas, quæ postmodum præsententur habenti instituere; qui actus nominationis, distinctus ab ipso actu præsentationis, dicitur quoque, et si minus proprie, electio. Lott. n. 11. & 12. citans Abb. *in c. 2. de jurep.* n. 3. Lamb. *de jurep.* l. 2. p. 1. q. 1. a. 4. n. 2. & 3. Eiusdem ferè rationis est actus ille nominandi, quo parochiani consueverunt nominare aliquem, vel aliquos coram aliis, puta, capitulo, quem vel quos præsentare solet Capitulum coram Episcopo habente instituere. Lott. n. 13. Porro dum is, qui nominat, jure suo nominat, non vice aut mandato alterius, ita ut qui dem præsentat, non habeat actum præsentationis liberæ, sed teneatur præsentare nominatum vel nominatos, nominatio rapit in se totum jus præsentandi, neque qui præsentat intelligitur patronus, sed patro p. executor. Lott. n. 15. Dum verò is, qui nominat, non nominat jure suo, sed jure alieno alieni; vice, v. g. dum deputati ab universitate nominant, & nihilominus universitas ex promissione propria teneatur sequi nominationem, & nominatum, nullumq; alium aut præter illum præsentare; adhuc patronatus spectabit ad universitatẽ demandantẽ vices suas, ad deputatos illos eã ratione, ut factum ab his dicatur factum ipsius universitatis. Lott. n. 19. & 20. non obstante nexu illo, quo se universitas obtinuit ad præsentandum, què deputati nomi-

nominasset (quin nec obstante, quod deputatio ea esset facta in perpetuum, ita ut uno ex deputatis defuncto, superstitibus possint alium ejus loco substituere. Lott. n. 25.) cum semper in illis repræsentetur universitas, & nexus ille oriatur ex ipsius universitatis spontanea voluntate. Unde & actus, qui sequitur, eidem spontaneæ voluntati tribuitur; cum à primordio tituli posterior formetur eventus. Lott. n. 22. & seq. Idque verum, sive post istum actum nominationis sequatur actus præsentationis per ipsam universitatem, seorsim à deputatis præsentantem, sive in eo simul interveniant deputati, qui nominarunt, cum uterque actus originetur in universitate mandante seu deputante. Lott. n. 21, citans Rotam.

3. Secundi generis est primò actus ille, quo ab habentibus eligere solenniter juxta formam *c. qua propter de elect.* ante scrutinium in capitulo nominantur seu proponuntur unus vel plures, tanquam viri boni, idonei ad prælaturam: quo actu seu nominatione nullum omnino jus quaeritur nominatis, cum à Collegio proponantur solum, ut si placuerint, eligantur; distinguiturque ab ea nominatione, quæ fit in scrutinio: & de hoc actu loquitur *c. quod sicut de Elect.* Azor. p. 2. l. 6. c. 18. q. 1. Laym. ad rit. de Elect. subnitiuum. n. 5. Lott. n. 27. ex Abb. Secundò actus ille, quo in scrutinio fertur suffragium, sive quo singuli Electorum alique certum secretò nominant, scribendo nomen illius in charta his vel similibus: *eligo aut nomino Titium*: Sed neque per istam nominationem jus ullum quaeritur nominato, quamvis publicato scrutinio, amplius mutare nequeant sententiam: Azor. loc. cit. Lott. n. 28. Tertio: actus ille, quem ad distinctionem priorum duorum Abb. apud Lott. n. 27. vocat nominationem solennem, quo nimirum duo vel plures, qui ceteris magis idonei judicati sunt, à Collegio Canonicorum nominantur & offeruntur Principi seu Superiori, ut quem ipse ex illis maluerit, confirmet, quâ nominatione oblatâ Superiori, Electoribus variandi sententiam potestas non est. Azor. loc. cit.

4. Tertii generis, nimirum ex Pontificio indulto profluens nominatio duplex est. Prima concessa summis Principibus (quam regiam vocat Azor. p. 2. l. 6. c. 18. q. 3.) nempe vel implicita, quales sunt primariæ preces concessæ Imperatori; ea enim aliud nihil continent quàm jus nominandi personam, cui conferatur beneficium, sive sint privilegium, vi cujus Imperator in qualibet Ecclesia Germaniæ tantum potest facere recipi (quæ potestas longè quid diversum est, & minus à potestate conferendi, cum recepto non oriatur titulus ex facto Imperatoris, sed ex facto Capituli aut Prælati Ecclesiastici recipientis ex mandato Papæ. Lott. l. 1. q. 6. num. 47. & seq. citans Jo. Andr. & Præp.) unum; ita ut per has preces imperiales unus collator non possit gravari, nisi semel, nec etiam una Ecclesia, nisi semel. Lott. *ibid.* n. 48. citans Gratian. *discep. for. c. 478. n. 15.* quamvis hujusmodi preces eidem personæ pluries respectu diversorum beneficiorum & Ecclesiarum concedi possint. Lott. n. 49. de hoc jure præter Imperialium vide Chochier, qui integrum de his conscripsit tractatum, & dicenda à nobis *sect. 1. seq. c. 1.* Vel explicita, quale est indultum nominandi ad prælaturas sui regni concessum Regi Galliæ. Lott. l. 2. q. 15. n. 31. de quo latè Rebuff. & Tholosan. *syntagm. juris. l. 17. c. 12. n. 24.* Azor. P. Leuren, *Fori Benef. Tom. II.*

*loc. cit.* ubi: quòd vacante Ecclesiâ Cathedrali, vel Metropolitana (idem est de Abbatia) Episcopus à Collegio Canonicorum non eligitur, sed Rex intra sex menses vacationis aliquem nominat & offert Pontifici, quem, si in eo nihil requisitorum desit, Papa instituere & creare debet Episcopum; si autem nominatus à Rege idoneus non fuerit, Rex alium quempiam intra tres menses (Lott. n. 37. semestre pont.) aptiorem nominare compellitur sub pœna devolutionis, ut Lott. Is verò nominatus habetur idoneus, qui annos ad minimum 27. natus (& quò ad Abbatias 23. annorum) quamvis veteres Canones majorem ætatem requirant, in schola aliqua celebri literarii honoris gradibus insignis, v. g. in Theologia vel jure civili, aut Ecclesiastico Doctor aut Licentiatas. Quamvis & alios nominatos carentes his gradibus Papa creare debet Antistites, ut sunt Episcopi Gentiles & consanguinei aliæque personæ illustres (sæpe enim utilitas & ratio aliqua temporalis postulat, ut hujus generis viri, postpositis humilioribus & obscurioribus hominibus, ad sacras præfecturas promoveantur) Item regulares & mendicantes, quibus vi statutorum Ordinis interdictum est istis scholasticis gradibus, modò sint excellentis virtutis & doctrinæ: ut nec isti gradus requiruntur in nominandis ad Abbatias. Porro hoc jus nominandi interdum Regi non competit, ut si in aula & comitatu Papæ mortuo præfule vacaverit Ecclesia, cum tunc solius Papæ nura & arbitrio creetur Antistes: ita ferè Azor. Altera est nominatio (quam scholasticam vocat Azor.) concessa non solum in Gallia (de quo integrum tract. scripsit Rebuff.) sed & alibi celebrioribus quibusdam Universitatibus, seu Academiis favore, ut ait Lott. n. 33. pauperum literis incumbentium, seu pauperum graduatorum, ut illis de honesto aliquo subsidio Ecclesiastico succurratur usque ad certam quantitatem; Attribuitur in hunc finem tertiâ parte beneficiorum exceptis Ecclesiis Metropolitanis, Cathedralibus & Cœnobiarchiis; nimirum quæ 4. mensibus Januario, Aprili, Julio, Octobri, ut Azor, loquens de Academiis Galliæ, hoc est, tertiâ anni parte vacaverint, ut ea literarum cultoribus ad academicos honorum gradus promotis conferantur ab Episcopo, Collegio, vel aliis, qui jus habent beneficia conferendi, non nisi nominatis à schola publica, seu Universitate, Azor. loc. cit. ita ut gratia istius nominationis scholasticæ non recedat à natura expectativæ, ut Lott. n. 35. Jus enim, quod talis nominatus per eam acquirit est, ut ei beneficium ex dictis, quòd postea vacaverit, conferatur, Azor. *ibid.* ubi etiam de gradibus, quibus instructus esse, & tempore, quo studiis vacasse debet quis, ut jure nominari possit: & quòd necessarium inter reliqua, ut nominandus declaret beneficia, quæ obtinet, unâ cum vera justâque annuorum proventuum designatione; cum eos nominare non liceat, qui beneficio sunt donati ad quantitatem 200. aureorû, ac propterea hujus quantitatis mentio fieri debet. Porro nominatû per Universitatem, dum ei fit contradictio, teneri justificare suam nominationem, ad cujus executionem agit, probando qualitates in indulto requisitas, & quòd beneficium non excedat valorem taxatum, tradit Lott. l. 2. n. 34. cit. q. 15. Ex decreto autè Greg. XIII. qui cessit nominationi aut beneficio, ad quòd prius fuisset nominatus, eò ipso redditur inhabilis ad alias nominationes, Lott. n. 42. Quòd si autè fuisset nominatus ad alia, quæ adhuc

obtinere, non poterit inniti primæ nominationi, nisi justificato, quod omnia simul non excedunt summam taxatam. Et hæc, dum nominatus est actor, & petit, si enim esset reus & possessor, utiq; præsumeretur pro validitate & iustitia actus, & dicenti valorem esse supra taxam, & nominatum obtinere alia beneficia, incumberet onus probandi. Lott. num. 43. citans Rebuff.

5. Datur & alia nominatio cum dictis nominationibus ex parte symbolizans; nimirum quæ fit in Ordine militari S. Joannis Hierosol, in comitiis linguarum juxta ejusdem Religionis statuta, vocaturque eorum vulgari sermone smuticio, in qua non tantum non prohibetur ambitus, sed imponitur necessitas petendi sub poena inhabilitatis pro ea vice, juxta c. 43. tit. de commendis. Lott. n. 44. & sequentibus. Ut verò ista nominatio tribuat nominato jus, necessaria est expectativa magni Magistri, quæ dari solet sine præjudicio majoris Antianitatis alterius cum clausula: *ex tunc pro ut ex tunc*. Tribuitur autem per hujusmodi nominationem factam in vim expectativæ ad minimum jus ad rem, ita ut compelli possit magnus Magister ad

conferendum, eoque recusante possit committi causa in Rota, ut Auditor ipse conferat in vim Clem. Auditor. de rescript. Lott. num. 46. In his autem smutitionibus perpetuò præferuntur magis Antiani, tam ex forma concessæ expectativæ, quam ex juris communis dispositione, nullâ habitâ ratione majoris merentiæ, utpote cujus ratio non habetur in aliis quàm dignitatibus conventualibus; Habetur tamen etiam ratio incapacitatis personæ, quæ nulla est frequentior, quàm debiti erga commune ærarii; ita ut, qui tempore vacationis seu smutitionis fuerint reperti debitores communis ærarii, sint incapaces ad obtinendas dignitates & Commendas vacantes; quapropter qui intendunt smutare, solent comparere in lingua, & exhibere publicum testimonium Secretarii, quod non sit descriptus in listis debitorum ipsius ærarii; creditur enim tali testimonio officialis, ad quem ea res pertinet. Lott. à num. 47. Vide eundem de hoc pluribus num. seq.

\* \*

## SECTIO PRIMA.

De provisione & acquisitione beneficiorum per præsentationem & institutionem.

### CAPUT PRIMUM.

#### DE IVRE PATRONATVS.

##### PARAGRAPHVS I.

##### De natura & divisione juris patronatûs.

*Questio II. Quotupliciter in jure accipiuntur nomen patroni & juris patron.*

**R**espondeo: tripliciter. Primò: pro advocato, & juspatr. pro jure advocatiæ, cujusmodi patroni sunt, qui patrocinium causarum forensium, quæ in judicio agitantur, suscipiunt. Secundò: pro Domino, & juspatron. pro jure civili introducto, quod competit Domino, seu Dominus acquirit pro beneficio manumissionis, quo servum dimittit liberum, in personam liberti, seu servi manumissi ad obedientiam & operas sibi præstandas: de quo exstat tit. in ff. de jure patronat. & Cod. de bonis liberti & jure patr. Tertiò: pro jure induto à SS. Canonibus nominandi ad beneficia Ecclesiastica. Pirh. ad tit. de jure patr. sub initium.

*Questio 12. Quid sit juspatronatus hoc ultimo sensu acceptum, & quotupliciter consideretur?*

**R**espondeo ad primum: definiri illud passim ex Abb. ad c. 3. & in rubr. de jurep. Jus honorificum, onerosum, & utile, competens alicui in Ecclesia, quod de Ordinarii consensu eam extruxerit, fundarit vel dotarit, aut à suis antecessoribus factum fuerit. quam definitionem explicatam vide apud Barbof. Juris Eccl. l. 2. c. 12. n. 1. Verùm clarius & brevius ex Host. in sum. l. 1. nu. 1. quod sit potestas nominandi seu præsentandi promovendum ad beneficium vacans. Azor. p. 2. l. 6. c. 19. q. 1. Less. l. 2. de Just. c. 34. n. 17. Castrop. tr. 13. d. 2. p. 2. n. 1. Pirh. loc. cit. n. 1. in ordine nimirum ad præcipuum actum & exercitium patroni, licet de cetero multa alia jura competant patrono: Castrop. ibid. nimirum honorificentia & præstatio alimentorum. Addit Host. ad beneficium simplex: cum tamen ad duplicia etiam præsentare possint patroni; quia per simplex intellexit beneficia non electiva, seu quæ Prælatum non sunt. Pirh. loc. cit. Dar & aliam descriptionem Lott. l. 2. q. 3. nu. 22. & seq. quod nimirum sit prerogativa (quod est genus, complectens sub se omne privilegium, unde & dici-

& dicimus prerogativam militiae, seu cinguli militaris) certa (per quod restringitur dictum genus ad illa tria: honorificentiam, suppeditationem alimentorum, & praesentationem; quamvis in unoquoque horum sine concursu aliorum possit consistere jus istud seu prerogativa, ita ut non sequatur; non habet jus praesentandi, ergo non habet jus patron. Licet rite sequatur: non habet jus patron. ergo non habet jus praesentandi. Lott. *ibid.* n. 23. citans Lamb. l. 1. p. 1. q. 11. a. 7. n. 8.) concessa per Ecclesiam (prerogativa enim ista tota provenit ex concessione Ecclesiae; quod tamen non facit, quin dicatur competere de jure communi. Lott. n. 26. citans Lamb. *ubi ante* a. 4. nu. 8.) in retributionem temporalium (ut hinc constituitur differentia inter hanc prerogativam & alias; dum ista concludit ad causam gratitudinis, in qua consistit radix ipsa & fundamentum patronatus. Lott. n. 28.) pro constituendo beneficio Ecclesiastico largitorum; ut excludantur aliae largitiones factae ex alia causa in Ecclesiam vel beneficium semel in esse suum deductum. Lott. n. 29.

2. Respondeo ad secundum: Jus patron. considerari dupliciter, active & passive, prout nimirum active in persona praesentantis, & passive seu applicative in persona praesentati, quatenus per jus patron. activum, seu active consideratum fit, ne quis beneficium conferat, nisi ad praesentationem talis praesentantis: per passivum vero, ut certi v. g. de tali familia sint praesentandi, Lott. l. 2. q. 11. n. 1. Barb. *loc. cit.* n. 25. citans Monetam.

*Quaestio 13. Qualiter jus praesentandi, & jus patron. distinguantur?*

**R**espondeo: omnis, qui habet jus praesentandi, habet etiam jus patron. Sed non omnis, qui habet jus patronatus, habet jus praesentandi: nam cum jus patron. non sit aliquid, quam certa prerogativa per Ecclesiam concessa in retributionem &c. & haec prerogativa restringatur ad tria illa: honorificentiam, alimentorum suppeditationem, & praesentationem personae ad beneficium vacans, ita ut haec tria considerentur ut effectus juris patron. & in unoquoque eorum sine aliorum concursu possit consistere jus illud sive prerogativa, juxta dicta paulo ante ex Lott. Aliam differentiam dat Corrad. *in pr. benef.* l. 1. c. 6. nu. 338. nimirum, quod aliud sit esse patronum, aliud habere jus praesentandi; quia primum respicit petitorium; jus vero praesentandi possessorium: prout etiam, si quis habet jus praesentandi, non sequitur quod habeat jus patron. cum ex alia causa possit competere jus praesentandi, quam ex jure patron. Praesentatio siquidem competit quandoque per viam simplicis petitionis, veluti dum populus petit vel supplicat, ut talis instituat in Ecclesia, ex eo quod gratum illum habeat. Sed videtur ab eo accipi praesentatio valde improprie, & ad summum pro pura nominatione.

*Quaestio 14. Quotuplex sit Ius patronatus?*

**R**espondeo: prima divisio juris patron. est in Ecclesiasticum, laicale, & mixtum. c. *cum autem* h. 1. Azor. *cit.* c. 19. q. 3. Barb. *loc. cit.* n. 3. Lott. l. 2. q. 10. n. 2. cum communi. Secunda divisio in hereditarium & gentilitium. Barb. n. 20. Lott. l. 2. q. 11. n. 3. addens ex utroque fieri tertiam speciem, quae mixtum dicitur. Tertia divisio in personale

& reale Castrop. *cit.* d. 2. p. 4. n. 1. Nunc de singularum harum specierum natura in particulari.

*Quaestio 15. Quid sit jus patronatus Ecclesiasticum?*

**R**espondeo: esse jus patronatus, quod bonis Ecclesiae comparatum est (intellige nisi postmodum titulo oneroso pervenerit ad laicum, de quo paulo post) vel competit alicui ratione Ecclesiae (saepè enim clerici jure Ecclesiarum, quibus praesunt, habent potestatem praesentandi promovendos ad beneficia: Azor. *cit.* c. 9. q. 3. & jus patronat. competit Ecclesiae, ex cujus bonis fundatum est beneficium, ita ut jus patron. radicetur in Ecclesia, & in ejus Rectore tanquam puro ministro nudum hujus juris exercitium. Lott. *cit.* q. 10. n. 3.) dignitatis, aut beneficii, quibus annexum; vel a laico Ecclesiae, monasterio, aliive loco pio donatum, legatum &c. (hoc enim evadit Ecclesiasticum, nisi aliter praeservatum fuerit a dicto donatore laico, juxta paulo post dicenda.) Castrop. *loc. cit.* p. 2. n. 2. citans Vasq. *de benef.* c. 2. ff. 1. dub. 1. Gonz. *reg.* 8. Cancell. gl. 18. n. 2.

*Quaestio 16. Quid sit jus patron. laicale?*

**R**espondeo: quod competit alicui sive laicus, sive clericus sit, ratione patrimonii, seu bonorum saecularium impenforum in erectionem vel fundationem, seu dotationem Ecclesiae aut beneficii. Less. *cit.* c. 34. n. 19. Barb. *loc. cit.* n. 13. citans Hojedam. *de incomp. benef.* c. ult. n. 113. Vivian. *de jurep.* l. 1. p. 1. c. 3. n. 11. unde vides, ad dignoscendum, sitne jus patr. Ecclesiasticum, an laicale, non considerandam personam possidentis illud, sed titulum, quo possidetur. Castrop. *loc. cit.* idem sentit Lott. l. 2. q. 10. n. 3. citans Abb. *in c. cum autem, hoc tit.* n. 3. Lamb. l. 1. p. 1. q. 1. a. 5. n. 3. &c. dum ait: censent DD. jus patron. Ecclesiasticum dici illud, quod competit ratione Ecclesiae, & laicum, quod ratione patrimonii, sive persona saeculari, sive Ecclesiastica. & clarius n. 40. & 41. ubi: quod male arguatur ad Ecclesiasticitatem, & laicalitatem juris, ex qualitate personarum, quibus applicatur; non enim satis esse, patronum esse clericum, ut jusp. dicatur Ecclesiasticum; sed exigi, ut competat ratione Ecclesiae, adeoque non attendendum statum personae, nisi in ordine ad statum ipsius patronatus, nimirum num is sit in dominio Ecclesiae, vel quia de bonis Ecclesiae constitutus, vel quia utcumque de bonis patrimonialibus erectus, tamen postmodum in Ecclesiam aliquam saecularem vel regularem transfusus, adeo ut ipsa Ecclesia vel monasterium dicatur patronus, & actus praesentationis ei tribuatur. Unde qui opinati sunt, eo ipso quod patronatus deveniat ad clericum, effici Ecclesiasticum, vel tropice loqui, ponentes nomen Clerici pro ipsa Ecclesia vel beneficio, cujus Rector est Clericus, vel male sic opinari. citat pro hoc Abb. *in c. cum vos. de off. deleg.* n. 3. *in fine.* & *in c. eam re. h. t. n. 4.* Declarantur haec ipsa pluribus in particulari adductis exemplis.

2. Sic itaque jus patronatus est laicale primò: quod non ratione Ecclesiae vel beneficii Ecclesiastici, sed ratione proprii patrimonii competit Clerico; dum nimirum is ex bonis suis patrimonialibus, aut industriis sua acquisitis (qualia censentur etiam acquisita ex quotidianis distributionibus, utpote de quibus pro libitu suo potest di-



sponere. Lott. *cit. q. 10. n. 14.* citans Jason. *l. 3. conf. 75. num. 8.* ) erexit, dotavit &c. beneficium. Lott. *ibid. n. 12. & seq.* Corra. *l. 4. c. 2. n. 22.* Pirh. *n. 3.* Barb. *n. 14.* citans Abb. *in c. dilectus. hoc tit. n. 4.* Mandof. *ad reg. 1. Cancell. q. 10. n. 7. &c.* Etsi enim ex eo solum, quod, qui erexit beneficium, esset persona Ecclesiastica, & simul obtineret redditus Ecclesiasticos, rectè præsumatur, quidquid in hanc erectionem impensum est, processisse ex bonis Ecclesiasticis, adeoque videatur sufficienter concludi ad ecclesiasticitatem talis patronatus, Gloss. Archid. Præpos. Abb. *in c. Apostolicos. Lamb. loc. cit. n. 7. &c.* vide etiam Corra. *loc. cit. nu. 45. & seq.* nihilominus admittitur probatio contra dictam præsumptionem, & hæc per eam profligari potest. Lott. *loc. cit. à n. 9.* Quin & Garc. *p. 5. c. 1. n. 594.* juxta decisionem, ut ait, Rotæ; dum jus patronatus à Clerico beneficiato, qui capellam fundavit, relictum est suis hæredibus aut consanguineis ex eo, quod illis relictum in fundatione, & hierant in quasi possessione præsentandi, præsumi, fundatum ex bonis patrimonialibus, cum aliis non posset illis relinqui, nec fuissent admissi ad præsentandum. Mandof. *tit. de derog. jurispr. verb. quarto. Gonz. Gl. 18. n. 107.* apud eundem Garc.

3. Secundò: si Clericus laicis fundatoribus successerit, Barb. *loc. cit. Corrad. loc. cit. nu. 58. & 54.* in fine.

4. Tertio: dum Clericus ex bonis acquisitis intuitu Ecclesiæ seu ex beneficiorum suorum redditibus fundat capellam, relinquendo & nominando patronos hæredes suos vel consanguineos, jus patronatus erit adhuc laicale; ubi consuetudo est, Clericos de talibus bonis posse testari & disponere, & in iis ab intestato succedi, sicut in patrimonialibus. Garc. *cit. n. 594.* ubi etiam, quod si in dicto casu talis clericus de jure, nihil disponat, spectet adhuc ad hæredes; secus est, ubi Clerici testari non possunt de istiusmodi bonis; tunc enim patronatus pertinebit ad Ecclesiam, & sic ad successores in beneficio vel dignitate fundantis: nec potest talis fundans sibi ut privato aut consanguineis, aut aliis id applicare. Garc. *ibid.*

5. Quarto: idem dicendum de episcopis habentibus indultum & facultatem testandi à Papa, fundantibus juspatron, ex bonis acquisitis ex Episcopatu, illudque relinquentibus suis consanguineis, vel aliis laicis bene visis juxta Garc. *loc. cit. n. 595.* Lott. *l. 2. q. 10. n. 2.* nimirum illud esse laicale, eò quod jam talia bona per dictum indultum Pontificium, quo conceditur potestas de iis disponendi tam inter vivos, quam in ultima voluntate, effecta jam sint de patrimonio ipsius Episcopi seu Prælati. Lott. *ibid.* Et quidem de jure communi est laicale, dicto privilegio seu indulto cadente solum seu extendente se super removendo impedimento juris positivi, quo inhibetur libera dispositio de talibus bonis, & non super acquirendo jure patronatus; hoc siquidem sublato impedimento, indultarius ea liberè impendit, in quem usum maluerit, adeoque dum ea impendit in fundationem beneficii & acquirendum juspatron. id facit liberè; non secus, ac dum Ordinario impedito conferre propter reservationes Apostolicas conceditur, ut illis non obstantibus conferat, privilegium cadit super remotione impedimenti, non super actu collationis secutura; sed hæc dicitur Ordinaria; sicut si ligato pedibus solvantur vincula, beneficium dissolutionis consummatur in dissolutione vinculo-

rum; actus autem sequentis ambulationis est actus hominis liberi, distinctus ab illo beneficio. Lott. *à num. 34.* imò dum testari non possunt Episcopi, fundant tamen aut dotant inter vivos capellam vel beneficium, solere illos, uti sæpe fit in Hispania, juspatron. relinquere suis consanguineis, absque eo, quod ecclesia seu successor in episcopatu, vel Camera Apostolica, ad quam bona relictæ spectant, in eo succedant, aut se intromittant: adeoque stante hac consuetudine etiam illud juspatron. consanguineis laicis relictum fore laicale, ait Garc. *loc. cit. n. 596. & 597.* secus tamen, dum episcopus ex devolutis ad se bonis feudalibus, antequam per ipsum incorporentur mensuræ suæ, fundaret beneficium cum reservatione jurispr. pro suis consanguineis laicis; nimirum jus illud patronatus minimè reputari laicale, & eam reservationem patronatus esse inutilem, ait Lott. *à n. 24.* eò quod cum bona illa sint de dominio Ecclesiæ, & facta devolutione, etiam ante incorporationem, dicantur pleno jure pertinere ad Ecclesiam, improbable est, ut patronatus alteri quam Ecclesiæ acquiratur: unde si Papa confirmaret talem reservationem patronatus factam laicis, ex quo non habet causam radicatum in jure communi, ea judicabitur ex mero privilegio. Lott. *loc. cit.* ubi etiam *num. seq.* contra Monach. ostendit, non esse plus seu majoris præjudicii Ecclesiæ bona Ecclesiæ dare in feudum, quam ex eorum applicatione in erectionem beneficii constituere juspatron. laicis.

6. Quintò: tamen, ut dictum, dum beneficium fundatum ex bonis Ecclesiasticis, juspatron. etiam si dein transeat ad laicos, adhuc sit & maneat ecclesiasticum, Barb. *loc. cit. n. 16.* id tamen intelligendum, dum laicus acquirit dictum juspatr. titulo merè lucrativo v. g. donatione, Barb. *ibid.* Pirh. *num. 4.* si enim illud acquirit titulo oneroso v. g. permutationis auctoritate Apostolica, mutat suam originalem naturam, & efficitur laicale, non secus ac bona Ecclesiastica sunt laicalia & patrimonialia juxta conditionem personæ laicalis, cui adherent, ne alioquin in nimis exorbitante lucro verteretur Ecclesia, si utrumque, nimirum quod illa dat in dicta permutatione, & quod illa accipit à laico, maneret Ecclesiasticum; quod alienum videretur ab honestate Ecclesiæ, quæ religioſa quærelitrix & auctrix est justitiæ; dum non patitur, contra justitiam fieri aliquid in se vel in alterum. AA. iidem *ibid.*

7. Sextò: si laicus fundans de bonis propriis beneficium, juspatron. reservet Ecclesiæ sub hac lege, ut ad eam pertineat, non tanquam ecclesiasticum, sed tanquam laicale, erit patronatus laicalis, inspecto nimirum ejus fundamento & origine; lex enim ista fundatoris præservat illud in eodem statu, & aliud hic nihil mutatur, quam persona habentis ministrare, per quam mutationem non mutatur qualitas illa naturalis ipsius rei. Lott. *loc. cit. & n. 5.* citans Spino. *in speculo de testam. Gl. 4. n. 17.* non obstante, quod alias translato à laico jurepat. aliis laicali in Ecclesiam, illud evadat ecclesiasticum, & non attendatur amplius origo Lamb. *loc. cit. n. 8.* Covar. *c. 36. n. 5.* Paris. *vol. 4. conf. 35. n. 11.* id enim intelligendum, nisi aliter in ipso actu translationis conventum. Lott. *num. 7.* Barb. *loc. cit. num. 12.*

8. Septimò: dum laici vacante Ecclesiâ vel beneficio nominant Rectorem, quem capitulum vel persona Eccles. præsentat Episcopo, jusp. est laicale; quia in hoc casu laici nominantes potius dicuntur